

etiam nata credita est. In munere Neronis principis omnis apparatus sine succino inornatus fuit. Nec difficulter cum Rex Germaniæ per idem tempus tredecim milia librarum dono ei miserit. Sunt eius genera quæ plurima, quæ pro facie nomen habent. Candida quæ odore præstant, fulua & trāslucentia. Cæreæ & quæ falerna, utrunq; a similitudine, aut uini, aut mellis, Infantibus quoq; pro Amuleto alligantur. Contraq; lymphationes cuiuscunq; ætati, quod fuluū est ab aliquibus Chrysoelectrum uocatur id si collo alligatur mederi febribus dicitur. Transpadanæ mulieres ipsum circa colla gestauere. Valet contra fautum uitia uario genere aquarum, iuxta illos infestante guttura, ac uicinas carnes, Calistratus perdit ipsum tritum cum melle rosaceo, aurium uitijs. & si cum attico melle oculorum obscuritatibus mederi. Stomachi etiam uitijs uel per se, uel cum mastice farina eius epota Attritu digitorum caloris uis accepta attrahit in se paleas, & folia arida, ut Magnes ferrum, notissimū id cuiq; Craterites iter Chrysolitū & Electrū colorē habet prædurę naturę. Chelonitides ē testudini similis, ex quibus ad tēpestates sedādas multa uaticinanti et quæ ex his aureis guttis sit, cū Sorabeo deiecia in aqua

Calistrat⁹

Craterit.

Chelonit.